

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

4. De dote tradita ante nuptias, cui competant illius fructus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

## Disputatio IX.

serum, ciusque successore, cum ei dissoluto matrimonio dote reddere teneantur. Sicut decidit leg. vni. §. videtur. Cod. de iure ad. ibi. *Et quiscum nobis visum est & in ex stipulatis actione mulierem dote suam praecepit accipere.* Quod intelligendum est, cum filia emancipata est, sicut si sub patri sit potestate, ipsi & patri simul actio competet. Ut latè probat Anton. Gomez, leg. 50. Tauri, numero 28.

2. Si verò gener dote promissam non recipit nequit filia aduersus patrem eiusdem successores pro soluenda dote actio intentare, nisi prius generi heredes et actionem cesserint. Priorum partem probavit Diocletian. leg. 5. *C. de dote promissi* ibi. *Si pro te pater marito suo stipulanti promiserit dote, non tibi, sed marito contra successores saceri competit actio. Secundam statuit Paul. leg. 50. Tauri. 25. §. Lucius. ff. soluto matrimonio. Necesse habebit maritus aut exactam dote, aut actiones ci praestare. Sic hanc questionem explicat alius relatis Fachineus lib. 8. controv. c. 73.*

### §. III.

An viro debeantur redditus, & visus ob promissionem dote non so-  
luta?

1. Promissio causa dote facta regulariter conditionalis est, hoc est à matrimonio contracto pendens.  
2. A punto matrimonij per verba de presenti contracti dote debetur.  
3. Obligatus est dote promittens compensare marito quantum in sustentanda familia insunt: interim dum non solvit.  
4. Non solvit ob sustentacionis munus, sed etiam in persona culpe dote suo tempore non soluta poterit maritus interesse aliquod exigere.

2. Remitto promissionem causa dote factam regulariter conditionalem esse, hoc est à matrimonio contracto pendente, cum dote absque matrimonio esse non possit leg. 3. Digestis de iure dote. Vnde quoque matrimonium contractum sit per verba de presenti dote non debetur.

Dixi regulariter, ut excluderem casum in quo pater dote filiam in legitima. Nam esto matrimonium non sequatur legitima debita est. Non enim legitime imponi granam potest matrimonij concordia. Ut pluribus comprobatur Anton. Gomez, c. 50. Tauri, n. 29.

2. At à punto matrimonij per verba de presenti contracti dote debetur, si à principio conuentum non fuit post aliquod tempus esse soluendum, quia tunc pactum standum est. Quod si eo tempore dote non solvatur, & maritus onera matrimonij sustinet, agere ad interesse poterit dote non soluta. Ut constat ex leg. infus. 5. vñr. ff. soluto matrimonio. leg. 50. num. 5. in domino ff. de iure dote. cap. salut. brie. cap. conquestus de vñr. & aliis pluribus comprobatur Gomez dicta leg. 50. num. 30. Mol. dis. 42. 5. post prim. Rebell. lib. 5. quest. 10. num. 7. Etenim maritus est obligatus onera matrimonij sustinere pro dote tali tempore solutam. Ergo quantum interest marito tali tempore dote solutam non esse compensati debet. argum. l. cura. bit. Cod. de actionib. empti.

3. Solum est difficultas, si dote promissa est in pecunia, & maritus non est illam negotiationi exposciens, neque ex ilia aliquam rem fructiferam empturus, an eo casu promittens dote compensationem aliquam praestare debet? Ratio difficultatis est, quia nullum cessat interesse, ac proinde nullum ob non solutam pecuniam interesse percipi poterit, eset enim lucrum ob virtuale mutuum.

Ceterum dicendum est obligatum esse dote promittentem compensare marito quantum in sustentanda familia insunt. Nam ut latè probabantur trad. de matrimonio disput. 3. punct. ... maritus cui est dote promissa, & non soluta ab alenda uxore deobligatur. Ergo si de facto familiam sustentat, compensationem illius petere poterit. Quapropter etiam non possit interesse recipere ob solutionem dote dilatam, recipit tamen illud ob munus sustentacionis, quod absque obligatione praefat. Sic tradit. Molina disputatio 42. §. quarto dote. Rebell. 2. pars libro 5. questio 10. numero 14.

4. Quintum non solum ob hanc causam poterit maritus interesse aliquod exiger, sed etiam in persona dote sibi suo tempore non soluta, dummodo à principio de ea fuerit conuentum. Neque enim via intercedit iniustitia ex eo quod maritus cum uxore, vel illius pate dote promittente conueniat, ut si termino praefixa non soluerit solvere concurrit moderatum aliquod lucrum. Licitum namque est cuiilibet se ab iniustitia defendere, & persona apposita virgine debitorem, ut passionem exequatur. Quod à for-

## Punct. IX. §. III. & IV.

379

tiori licetum erit, si lege aut consuetudine aliqua id facie statuum. Sicut latius comprobatur Rebell. d. quest. 10. num. 165. & seqq.

### §. IV.

De dote tradita ante nuptias cui competent  
illius fructus?

1. Alij affirmant fructus marito competere. Alij sponsa:  
2. Conciliantur sententiae.  
3. Sententia negans iuris ante nuptias fructus. Ad hanc doce  
regulariter sustineri debet.

Q. Væstio procedit, cum dote traditis non faris suam ex-  
primat voluntatem. Nam illa expicla cessat quæstio,  
cum ipsi standum sit.

Doctores diuisi sunt, ut constat ex his quæ trahi. Tira-  
quel. libro 2. retrahit ad finem. numero 6. Petrus Barbo ad  
legem si ante Dig. soluto matrimonio. Alij namque affirmant marito  
competere, eo quod res suo domino fructificat. leg. qui  
seit. 2. ad initium. ff. de iure. Atres dotales sunt mariti, cum  
ipsi tradunt, illorumque dominum unum civile comparat. lega  
nisi. 9. ff. de iure dote. Alij sponsa prædictos fructus conce-  
dunt in dote augmentum. Ut indicat dict. lex si ante. ff. solu-  
to matrimonio & leg. dote fructus. §. 1. ff. de iure dote. Non enim  
præsumendum est velle sponsam dote traditæ fructus  
sponsi abloquere concedere cuius nuptiæ forte non sequan-  
tur.

Hæc tamen sententiaz facilè conciliari possunt. Ut prima  
sententia procedat cum sponsus aliqua onera matrimonij  
contrahendi sustinet, in fauoremque sponsæ negotia dispo-  
nit. Nam ob hanc causam merito pralumi potest dote  
bi est traditam, ut illius fructibus simili onera compen-  
saret. Secunda vero sententia procedit, cum nulla sustinet ma-  
trimoniū onera, quia runc nulla est causa ex qua præsumpto  
sum i possit fructus marito applicari, sed potius credendum est  
sponsa cedere in dote augmentum. Ut bene tradit. Rebell. d.  
2. 10. n. 3. & seqq.

Regulariter autem secunda sententia negans sponsu ante  
nuptias fructus tradita dote sustineri debet. Tum quia raro  
sponsus onera sustinet illa compensatione dicta. Tum quia  
communis est sententia quam resert, & sequitur Anton. Go-  
mez leg. 50. Tauri, num. 33. Rebell. 9. 10. num. 2. & habetur  
leg. regia 26. iii. 11. par. 4. tria pro lucrandis fructibus rei do-  
talis requista esse. Primum rem dotalement esse traditam. leg. de  
divisione. ff. soluto matrimonio. Secundo matrimonium per  
verba de presenti esse contractum, quia ante illud non est dote.  
Tertio onera matrimonij sustineri. I. pro enervibus. Cod. de iure  
dote.

## P Y N C T U M . X.

De confessione dote receptæ, quæ tamen recep-  
ta non est.

### §. I.

Confessio dote præsumitur fieri spe futura  
numerationis.

1. Confessio dote receptæ ante matrimonium contractum cen-  
senda est fieri spe futura numerationis, ac proinde nullam  
inducit obligacionem.  
2. Proponitur obiectio, & solvitur.

Diximus alij. 2. p. 25. §. 8. huius tractat. confessionem do-  
tes receptæ præsumit a marito ante matrimonium con-  
tractum confessandam esse factam spe futura numerationis, ac  
proinde nullam obligacionem inducit. Id ipsum docuimus  
de confessione facta post matrimonium contractum. Ut latè  
& optimè confirmat Andreas Fachin, lib. 8. controv. cap. 8. o.  
Cuius fundamentum præcipuum sumitur ex leg. 3. Cod. de  
dote causa non numerata, vbi non solum marito, sed etiam  
hereditibus competit exceptionem oppondere dote non nu-  
merata, quam ipse maritus confessus est accepisse. Si autem  
præsumetur eam confessionem fieri animo donandi, & non  
spe futura numerationis, neque marito concederetur opposi-  
tio dote non numerata, neque eius hereditibus. Quando-  
quidem donanti non permittitur oppositio rei donatae non  
numerata, sed solum permititur, ut durante matrimonio  
donatum reuocet, neque hereditibus ea oppositio concessa est  
cum donanti morte donatio finitur. Iuxta leg. cum hic statut.  
ff. de donat. inter. vir. & uxor.

ii 4

Quod